Konstytucja nihil novi - Tekst łaciński

De non faciendis constitutionibus sine consensu Consiliariorum et Nuntiorum Terrestrium

Quoniam jura communia et constitutiones publicae non unum, sed communem populum afficiunt, itaque in hac Radomiensi Conventione cum universis Regni nostri Praelatis, Consiliarijs, Baronibus et Nuntijs Terrarum, aequum et rationabile censuimus, ac etiam statuimus, ut deinceps futuris temporibus perpetuis, nihil novi constitui debeat per Nos et successores nostros sine communi Consiliariorum et Nuntiorum Terrestrium consensu, quod fieret in praejudicium gravamenque Reipublicae, et damnum atqe incommodum cujuslibet privatum, ad innovationemque juris comunis et publicae libertatis. *Volumina legum,* t. 1, 1859, s. 300.